

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:

Director: Mag. Renate Plöchl

Deputy director: Mag. Julian Sagmeister

Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek

Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:

Email: [landesbibliothek\(at\)ooe.gv.at](mailto:landesbibliothek(at)ooe.gv.at)

Telephone: +43(732) 7720-53100

De Georgianis et eorum moribus et ritibus.

In orientis regione alius quidam populus inhabitat. Longo terrarum tractu a terra promissionis distans. cuius dominium extenditur usque ad caspios montes. bellicosus valde et in plerisque strenuus. fortis robore et innumera pugnatorum multitudinem copiaque habundans sarracenis. persis. medis. assyriisque in quorum confinio commoratur formidabilis valde. Et licet iste populus undique infidelibus sit circumseptus atque conclusus. ab omnibus tamen timetur nec facile vexatur. **Hij** homines a sancto georgio. georgiani vocantur. quoniam in suis plerisque contra paganos precipuum habentes advocatum et patronum. tamquam signiferum omni cum honore venerantur et colunt. **De** istis multi morantur Ierosolimis. diversa loca sancta occupantes. specialiter tamen montem calvarie et foramen illud in quo crux stetit quando christus in ea expiravit. **Iuxta** quem locum altare quoddam habet et in eo communiter unum de suis pro custodia inclusum. **Ipsi** etiam in usu habent ecclesiam sanctorum angelorum ubi quondam domus Anne pontificis fuit. in qua christus de monte oliveti primum adductus. ab eodem anna examinatus fuit de doctrina sua et discipulis. et interrespondendum a ministro alapa cesus. **Hij** georgiani in omnibus et per omnia ritus et errores grecorum sequuntur in sacramentis talibus. unde scismatici haud dubium esse convincuntur sicut et illi. **Clerici** eorum rotundas habent coronas. layci vero quadratas. **Quotiescunque** veniunt de terris suis Ierosolimam. loca visitaturi sancta. absque tributo et erectis vexillis. sanctam ingrediuntur civitatem. **Na** sarraceni nullo eos pacto molestare presumunt. timentes ne ad propria reverti. suis confratribus sarracenis vicem rependant. vel maioribus eos afficiant malis. **Nobiles** eorum mulieres. more amazonum armis in plerisque utuntur. **Ipsi** viri barbas nutrivunt et pilos. utunturque pileis in capitibus variorum colorum. **Greci** quoque littera et lingua in divinis utuntur officiis et scripturis. sed alias sarracenicam vel caldaicam. **Et** hec omnes superius habentur signate.